


Kern 491 (1-10)







SPECIMEN INAUGURALE MEDICVM
SISTENS
OBSERVATIONES QVASDAM
DE
CORTICIS VLMI
ET
TERRÆ PONDEROSÆ SALITÆ
VSV MEDICO

QVOD
PRO GRADV DOCTORIS
SVNMISQVE IN MEDICINA HONORIBVS
RITE CAPESSENDIS
GRATIOSO MEDICORVM ORDINI
IN
ACADEMIA ERFORDIENSI
EXHIBVIT

CHRISTIANVS FERDINANDVS BERNICAV
MÜLLERVS ANVS.

ERFORDIAE

Typ. IO. CHRIST. GOERLING, Acad. Typogr.





SACRI IMPERII ROMANI
LIBERAE ET INCLITAE CIVITATIS
MÜHLHVSINAE SENATVI
AMPLISSIMO, SPLENDIDISSIMOQVE
VIRIS

PERILLVSTRI BV S, MAGNIFICIS, GENEROSISSIMIS, EXCELLENTISSIMIS,
CONSVLTISSIMIS, AMPLISSIMIS GRAVISSIMISQVE

DOMINIS

CONSVLIBVS, DIRECTORIBVS, CENSORIBVS,
PRAETORIBVS ET PATRIAE PATRIBVS

RELIQVIS

DE CIVITATE OPTIME MERITIS,

PROCERIBVS ET MAECENATIBVS ET PATRONIBVS

SVMMO

VENERATIONIS CVLTV COLENDIS HAS STVDIORVM PRI-
MITIAS, TANQVAM SVMMAE OBSERVANTIAE DOCVMEN-
TVM OMNI, QVA PAR EST, REVERENTIA SACRAS

FACIT

TANTORVM NOMINVM

CVLTOR DEVOTISSIMVS

CHRISTIANVS FERDINANDVS BERNIGANVS.



VEREINIGTE UNIVERSITÄT SACHSEN-ANHALT

LEHRSTUHL FÜR ANTIKVAERARBEIT

VEREINIGTE UNIVERSITÄT SACHSEN-ANHALT

LEHRSTUHL FÜR ANTIKVAERARBEIT

1883

VEREINIGTE UNIVERSITÄT SACHSEN-ANHALT

1883

VEREINIGTE UNIVERSITÄT SACHSEN-ANHALT

LEHRSTUHL FÜR ANTIKVAERARBEIT

1883

VEREINIGTE UNIVERSITÄT SACHSEN-ANHALT

LEHRSTUHL FÜR ANTIKVAERARBEIT

1883

VEREINIGTE UNIVERSITÄT SACHSEN-ANHALT

LEHRSTUHL FÜR ANTIKVAERARBEIT

1883

VEREINIGTE UNIVERSITÄT SACHSEN-ANHALT

LEHRSTUHL FÜR ANTIKVAERARBEIT

VEREINIGTE UNIVERSITÄT SACHSEN-ANHALT



I. DE CORTICE VLMI.

§. 1.

Vsum corticis Vlmi veteribus jam cognitum fuisse, sed oblivioni dein traditum, neminem latet. Nostris vero temporibus, huius remedii vsus rursus adeo inualuit, vt in tanta materiarum farragine, specimen de cortice vlmi elaborare, consultum duxerim.

§. 2.

Historiam Vlmi lubens praetereo, quia *illustris* BAVMGARTENIVS ^{a)} eam perfecte satis tractavit.

A 3

§. 3.

a) In Diss. de Virtute corticis Vlmi. Lips. 1791. 4.

§. 3.

Iis jam temporibus cum Jenae versarer, ad usum *corticis ulmi* satis attentus fui, nam saepe magno imo maximo cum fructu a Praeceptore pie colendo, *Illustri* BRETSCHNEIDERO eum adhiberi vidi, qui et ipse varias observationes remedii vires comprobantes, mecum communicavit; mihi vero ipsi occasio deerat, propriis experimentis amplius in huius remedii vires inquirere. Domum vero redux, ipse plura tentavi pluraque feci pericula, et quae vidi, quae expertus sum, candide narrabo.

§. 4.

Medium corticem saepius ad usum vocavi, et eum viribus resolventibus, inuoluentibus, acrimoniam corrigentibus, diureticis, diaphoreticis saepe et laxantibus interdum gaudere, inueni: facile inde liquet, quibusnam in morbis utiliter adhiberi possit. Saepe tam in morbis variis acutis exanthematicis et non exanthematicis, quam in chronicis, praesertim cutaneis et molestis scrophulosis, BRETSCHNEIDERO praeeunte, optimo cum successu corticem nostram adhibui, ubi jam alia remedia incassum praescripta fuerunt ^{b)}.

§. 5.

Jam aliquot observationes, in praxi mea obuias, communicabo.

Obser-

- b) Vid. quoque CONR. MOENCH Prof. Marb. Systematische Lehre der gebräuchl. einfachen und zusammengesetzten Arzneimitt. Marb. 1792. 8. p. 82.

Observatio I.

Juuenis circiter xx annorum, saepe vlceribus cutaneis laborans, mense Septembri rursus exanthemate grauissimo, vehementissimo pruritu stipato, molestabatur. Auxilium meum quaerens, exanthemata herpetibus quam similia inueni, et praeprimis magna copia in natibus reperiebantur, sic quidem, vt ne momentum quiete et sine pruritu sedere possit. Institui, sordium causa, euacuationes per consueta laxantia, et Decoctum ex rad. Bard. Tarax. Lign. Junip. rad. Sarsap. idonea quantitate per octo dies, vt biberetur, iussi, sed sine vlla mali mutatione. Ideo huic Decocto stipites dulcamarae ^{c)} iusta quantitate addidi, sed post spatium 14 dierum, frustra etiam et hoc adhibitum reperi; vlcera plane non mutauerat, dolor et pruritus potius augebantur. Ad corticem *Vlmi* ideoque confugi, et sequenti modo curam institui:

Rx. Cort. *Vlmi* ℥j. conc. coqv. in Aquae font. ℥xvi. ad reman. ℥vii. Col. add. Syr. Aurant. ℥ij. D.

Quotidie huius decocti portio dimidia successiue deglutiebatur, quo facto, vlcera arida euaserunt, et ad gaudium meum spatium 14 dierum plane desquamata reperiebantur, aegrotus ad perfectam redibat sanitatem. Postea ne morbus recidius fieret, laxantibus aeger interdum utebatur.

§. 61

c) De praesentia spiritum dulcamarae multa differit, fautor quondam et patronus *Illustr. Starckius* in libro notissimo: *Carrere über den Nachtschatten*. Jen. 1789. 8.

§. 6.

Observatio II.

Senex LXXVI annorum, jam per x menses vlcere sordido in sinistro pede laborans, jam diu methodo chirurgica vulgari tractatus, neque emplastris, neque vnguentis (vt mos est barbitonforum) sanatus est, sed vlcus diutius latiusque serpebat. In his anxietatibus, praecipue cum oedemate pedum magis magisque angeretur, meum petiit auxilium. Minus curavi externa medicamenta, sed quia naturam huius vlceris, in cacochymia quadam corporis positam crederem, sumere iussi praedictum Decoctum corticis vlni, ad potum plane ordinarium. Pedem vlcerosum eodem Decocto lauandum curavi. Spatio paucarum dierum, quod mihi non parum gaudii afferebat, vlcus sic mutatum inueni vt oedema ipsum se imminueret; itaque vsum remedii continuandum suasi, interdum Laxans interposui, et intra vnus mensis spatium aegrotum perfecte sanatum vidi.

§. 7.

Observatio III.

Vir triginta annorum, nonnullos per annos jam scabie alicue cutis exanthemate chronico laborabat, vti mihi mense Junio dixit. Varia inueni symptomata, e quibus retrogressam exanthematicam materiam suspicabam. Pedes erant omnimode frigidi et perpetuo cutis pruritu molesti. Decoctum *Vlni* praescripti, pustulae in cute apparentes vna cum asthmate
iustante

instante minuuntur, et vsu huius potus scabies redibat. Post mensis et quod excurrit spatium aeger planè restitutus, Deo et mihi egit gratias.

II. DE TERRA PONDEROSA SALITA.

§. 8.

Anno 1790 cum adhuc Jenae morarer, *Illustris* LOBERVS, venerandus praeceptor, remedium nouum, *Terram scilicet ponderosam salitam*, discipulis suis commendauit, optimoque successu, hoc remedio in instituto clinico vsus est. Efficacia huius remedii cito notior euadebat, vt etiam in Clinico Collegio, quod sub autoritate *Illustris* STARCKII floret, bono cum euentu adhiberetur. Ego ipse effectum cum euphoria, in scrophulis, strumis, affectibus scabiosis, ipsisque verminosis, in euacuationibus primarum, viarum etc. compertum habeo.

Haec omnia a medico satis noto *optimo* HVFELANDO confirmantur d). Tradet quoque vir ill. optimam methodum hoc remedium parandi, et exhibendi, quam ideo transeo. Paulo post etiam Consiliarius BVCHOLTZ Vinariae aliquot obseruationes de terra ponderosa salita communicauit e), partes

d) Ueber die Kräfte der salzsauren Schwererde. Erfurt 1792. 8.

e) Chemische Untersuchung über die vorgeblich giftigen Eigenschaften des Witherits, der Schwererde u. s. w. von D. W. H. S. Bucholz. Weimar 1792. 8.

tes remedii constitutivas demonstravit, eosque refutavit, qui venenatam medicamenti naturam fingebant f).

§. 9.

Domum redux sequenti modo *terra ponderosa salita* summo cum successu usus sum.

Observatio I.

Infans nodis et tumoribus crurum, digitorum et colli praesertim, vlceribusque in digitis et cruribus, e tumoribus inflammatis abortis, laborabat. Simul labium superius tumescens, statum scrofulosum extra omnem dubitationis aleam posuit. Infans viribus carebat, ita vt pedibus nec stare nec ambulare amplius potuerit. Appetitus valde diminutus erat, colorque faciei pallidus. Omnibus frustra adhibitis remediis tam externis quam internis, v. g. antimonialibus, mercurialibus, resina Guaiaci, salibus, rel. vires terrae ponderosae salitae, contra tam atrox et rebelle malum explorare institui. Diebus xviii elapsis, egregium medicamenti effectum jam animad-

f) Nuperrime de viribus terrae ponderosae salitae dubitatum est. I. *Ferriar* neue Bemerkungen über Wasserfucht, Wahnsinn, Wasserfcheu, u. s. w. Aus dem Engl. Leipzig 1793. 8. p. 89. Journal der Erfindungen. II. Stück, p. 119. Secundum *Ferriar* vires remedii *ab acido salis communis* dependent, quod eo magis veritati consentaneum cenleo, cum et *Spinitus salis communis* et *Calc salita*, in glandularum obstructionibus, vim resolventem habent. Conf. *Fourcroy* von der salzsauren Kalkerde, in *Hufelands* Annalen der franzöf. Arzneik, II. Band.

maduerti, morbusque per duos fere annos plane insanabilis, nouo auxilio cedere videbatur; nodi enim crurum et colli euauerunt, vlceraque meliorem induebant faciem. Digni quidem adhuc tumidi sunt, vlcusque in iis superest. Tumorbibus resolutis superuenit exanthema scabiosum, capitis praesertim et colli, quod vi cuidam expellenti terrae ponderosae salitae adscribere audeo. Credo, materiam in tumoribus stagnantem, remedii viribus resolutam, per ejusdem remedii vires diaphoreticas, versus cutem derivatam esse, vbi irritatione exanthema chronicum excitauit. Quem salutarem effectum et inde autumo, quia infans appetitu iterum gaudebat, pedumque vsu recuperauit. — Ex negligentia, refrigerioque admissio, exanthema euauit, materiaque ad intestina repulsa, status aegrotuli longo deterior reddebatur. Feci vt denuo effloresceret exanthema, quo facto, sanitas restituta est, vsuque terrae ponderosae continuauit. Quod et voto successit, speroque, infantem proxime restitutum et sanatum fore. Externe sequenti vsus sum Emplastro: Rec. Emplast. nigr. *Becholz.* de Galbano. aa. ʒj. Ol. succin. ʒʒ. M. D.

§. 10.

Observatio II.

Infans dimidii anni, figurae tenerioris, nasum saepius fricans, somnum inquietum, multumque appetitum habens, plurimum tussiens, vermibus vexabatur. Dedi itaque terram ponderosam salitam sequenti modo: ℞. Terr. pond. salit. ʒʒ. solve in Aq. rub. id. ʒj. adde Syrup. rub. id. ʒj. M. D. S. täg-

B 2

lich



lich 3mal 20 bis 30 Tropfen davon zu geben, zum Nachtrinken Aq. flor. Til. Continuaui vsque ad guttas 40, et vermium totas cohortes euacui. Spatio trium hebdomad. sanitate recuperata, curae finem imposui.


§. II.

Observatio III.

Puella quatuor annorum, jam diu struma laborans, multisque remediis frustra adhibitis, vsu huius remedii a guttis 20 vsque ad 40, spatio quinque hebdomad. perfecte restituta est. — Reliquas observationes de praestantia remedii nostri in multis aliis morbis, fortasse inopstrum dabo.

PICA





SPECIMEN INAUGVRALE MEDICVM
SISTENS
OBSERVATIONES QVADAM
DE
CORTICIS VLMI
ET
TERRÆ PONDEROSÆ SALITÆ
VSV MEDICO

QVOD
PRO GRADV DO
SVNMISQVE IN MEDICINA
RITE CAPESSEND
GRATIOSO MEDICORVM
IN
ACADEMIA ERFOR
EXHIBVIT

CHRISTIANVS FERDINAND
MÜLLERVS ANVS.

ERFORDIAE

Typ. IO. CHRIST. GOERLING,

